

quaedam divinae Scripturae Hebraeo dactylo spondaeoque, quaedam anapaesto, quaedam vero iambo iuxta artis rigorem decurrunt.

Dann auf seine These zurückkommend, giebt er weiter an, was an 'liberalia studia' in der hl. Schrift zu finden sei:

nitor et copia eloquentiae,
genera causarum et status,
exordia quibus benivoli, dociles vel attenti
auditores fiunt,
narrationes apertae et breves,
causae etiam et longae,
conclusiones, quibus proprietas rerum monstratur,
argumentationes, quibus animi audientium concitantur ad implenda ea quae dicuntur,
leges sive sententiae;
illic magna granditer, parva summis, mediocria
temperate promuntur;
prosopopeian, ethopeian vel omnes figuras loquutionum quae a rhetoribus traduntur inveniet, et plures illis augustiores, quae percepisse se gaudebit, ad quas nec grammaticorum nec rhetorum schola pertingere potuit.

Man findet ferner:

isagogas, quas ad inquirendas res lectorem utiliter introducunt,
categorias, quae praedicamentorum utilitate ad investigandas res excellunt,
definitiones vel modos syllogismorum, quae subtili indagatione ea de quibus dubitatur adfirmant,
topica, quae dum sint fontes sensuum et origines dictionum, omnibus communiter, grammaticis videlicet, poetis, oratoribus vel etiam philosophis argumenta praestant, quae non solum scholastico, sed etiam vulgari et tumultuoso sermoni perpetuo cohaerent.

Er verbreitet sich dann etwas über die 'topica' und die 'περὶ ἐρμηνείας' und fährt dann fort:

illic in numeris per arithmeticam artem archana sensuum profunditatesque reperiet. . . . illic etiam musicae non solum consonantias instrumentaque quibus plerique sanctorum Patrum usi sunt, sed etiam repertorem inveniet.

Inveniet quoque terrarum situs dimensionesque, quae proprie artis sunt geometricae. Ferner finde man: